magis universales, primique ac insigniores Doctores, accu-
lando illos, qui Evangelio; quod peculiari officio, & modo praedicaverunt per se, tum postea per alios, assen-
tiri, vel obedire noluerunt: secundum eam fere rationem, qua & Moyses dicitur Judæos *accusare* a, dicique potest etiam tunc *accusaturus*. In hymno quidem vocantur *sancti justi judices, ut & vera mundi lumina*. In ipsamet cœlesti, beataque Jerusalem *porta duodecim cum totidem margaritis* cenientur *b* Apostoli: eorum ibi eximia etiam dignitas, honorque designatur, quemadmodum *porta inferi* denotantur omnem diaboli potentiam. Augustinus Triumphus *d* tradit excellentiam sanctitatis Apostolicæ consistere in ratione primitiarum, & primorum principiorum, quæ debent virtute majora esse, in universalitate, intensione: certitudinis firmitate. Deinde definit *e*, in solemni canonizatione sanctorum, neminem referri posse in ordinem Apostolorum, sicut potest in Martyrum, & Confessorum; si officii habeatur ratio, immediata per Christum ipsum institutio, vocatio, electio, designatio secundum certum numerum, judiciarium illud universale munus, eo modo, quem diximus. Concedit quantum ad meritum sanctitatis, Quod equidem dubito, nec ausim affirmare. Augustinus *f* autem, quem citat, solum scribit Cyprianum Episcopum Apost. Petro comparari, quantum ad Martyrii coronam attinet: quamvis Apostolatus principatum cuilibet Episcopatui constet præferendum. Comparatio generica est quantum ad martyrum gloriam accidentalem, non quantum ad officium, & gratiam. Rursus Hugo *g* subtiliter profecto ad Apostolos duodecim applicat sigillatim totidem miracula, quæ narratur Christus fecisse, antequam illos eligeret sub hac appellatione Apostolorum. Pelbartus *h* Maironem secutus, non dubitat affirmare, atque præsentis etiam loci auctoritate confirmare, post B. V. primum honoris locum Apostolis deberi, ac supremo Angelorum ordini, qui Seraphim nominantur, connumerari. Tandem Chrysostomus *i* Apostoli munus definit: rem. bonis infinitis exundantem, gratiis omnibus majorem, dona omnia complectentem: amplius dici non posse, quam id, videlicet Christum, quod nobiscum dum versaretur, fecisset, hoc ipsum illis commisisse, ac si demum à nobis abisse: Paulum *k* exclamando, Apostolorumque dignitatem extoliendo, hoc expressisse dicendo, *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos*, hoc est, Christi vice. Pertinent huc etiam *lux, sal, civitas*, quibus quum Christus comparavit Apostolos, & de quibus omitto dicere. Sed & Apostolis simul omnibus constructa Templa, tum Constantinopoli à Constantino, qui etiam quum extruenda esset Basilica Petri Urbe, Octavo die post susceptum baptismum, deposito diademate, & humi jacens, vim lacrymarum profudit, mox tumulo ligone, ac bidente, terram eruit, indeque duodecim terræ cophinis honoris caussa duodecim Apostolorum ablatis, locum Basilicæ designavit, tandem perfecit. Idem Chrysostomus *l* ait Apostolos etiam vita sanctos Regibus ipsis magis venerabiles esse, atque ad eorum sepulchra Reges, Præsides, milites, currere Romæ. Constantinopoli vero Reges, seu Imperatores magnam gratiam putare, non si prope illos, sed si vel extra eorum vestibula corpora sua sepeliantur, fiantque piscatorum ostiarii. Edidit idem Doctor communem de duodecim Apostolis orationem. Viguisse olim consuetudinem sortito unum ex Apostolis diligendi sibi in patronum testatur Cæsarius Heisterbachensis *m*, qui floruit fere ante 400. annos, auctorque vitæ Elisabetheæ filiæ Regis Hungariæ *n*, & Antonius Bonfinius *o*. Quæ Theodoretus in libro octavo ex iis, quæ de curandis Græcorum scripsit affectionibus in Martyrum disputat honorem, conveniunt Apostolis, quorum simul mentionem facit. Incidi postea in Lælii Bisciolæ nostri opusculum sacrum, in quo hæc ipsa de re disputat; & ex jam notatis à me quædam in eo deprehendi: ut accidit ex eodem fonte haurienti, & fodienti ex fodina eadem. Potissima ratio ex dignitate, quæ post Deiparam, propius accedit ad Christum: ut quia hic omnibus majorem, deinceps mater, gratiam sanctificantem habuit, Apostolis præ aliis major concedatur. Præfatur quoque nonnulla Justinianus item noster de Apostolica muneris præstantia in commentario ad Pauli Epistolas c. 5. sed & hic ne lectus quidem à me, nisi completa ista annotatione & uterque intactus relictus, Sermonem scripsit Innocentius III. de Apostolis tractans præsentem locum. Extendi porrò sententia potest ad omnes vere pios, præ-

Asserim vero Religiosos, quoniam Deus diligentes sese, ac honorantes diligit, atque glorificat *p*, & gloria tegitur, & se sequitur. Qua de re Cassianus *q*, & Chrysost. *r*, ac nonnulli etiam Jacob. Alvarez *s*, favetque tum quotidianum experimentum, tum sacræ, Ecclesiasticæ ve historiæ, quæ plurimis in Psal. 115. de *pretiosa in conspectu Domini mors et sanctorum ejus*, de qua consulendus præterea in encomio Theodori Nyssenus; & quæ noster habet Julius Mazzarinus in uno ex tractatibus in Ps. 50. tcu *in Gloria Patri*. *Nimis honorati* dicuntur illi *amici Dei*, quoniam ut Grevæus *u* observat, in infirmitate vincunt potentiam, in simplicitate sapientiam, in humilitate gloriam: *nimis confortatus principatus eorum*, quia super dæmones & omnes infirmitates, super Reges, & Principes, super ferocitates bestiarum, super naturarum virtutes. Colligere hinc etiam licet, Sanctos etiam post mortem merito honorari, & eorum reliquias, imagineique honore Religioso affici. Id Auctor de singularitate Clericorum, quodicitur Cyprianus, hinc videtur inferre, & aperte colligit Jeremias Constantinopolitanus in responso suo primo ad Protestantes *x*. Nonnulli præterea colligunt fas esse curam propriæ famæ habere, ac existimationis, & nolle delpici, sicut nec volebat sponsa *y*, ut innuit Ambrosius *z*. Christus item indicabat se nolle sperni, dicens *a*, *Qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit*: & Paulus *honorificare ministerium suum* volebat *b*. Itaque quum David ait, *mihi honorificati sunt amici tui Deus*, &c. significare vult, quod quantum ipsemet judicat, magno honore, gloriaque digni sint amici Dei, quantumvis despicabiles atque contemnibiles vulgi videantur judicio. Sed & Gregorius *c* jubet humilitatem tenere in mente, & tamen ordinis propria dignitatem servare in honore. Plato *d* animum justi secundo loco post Deum, honorandum, colendumque affirmat postea etiam corpus, non quia formosum, robustum, velox, magnum, tanum; sed si sit temperatum, promptum, facile ad virtutis actiones.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus.) Hieronymus *mihi autem quam honorabiles facti sunt amici tui, Deus*. Sicquidam Græcus, *οἱ ἐμοὶ δὲ σφόδρα, quam honorati sunt*; & alius apud Chrysost. *ὡς μάλιστα γὰρ οἱ τοιοῦτοι, honorabiles, aut oportuit fieri sunt familiares, seu socii tui*. Apollinarius; *ἐγκωμιαστοὶ, admirabiles* interpretatur. Hebræa sic habent, וְלִי מַה יִּקָּרוּ רֵעֶיךָ *veli meh jakaru rehbecha*. Significat יָקַר *jakar* in *honore, gloria, pretio esse*: eademque valet Græcum *ἐπιφανῶς*. Quod vero dicitur, *mihi autem*, non tam indicat, quod dicat Propheta, à se honoratos amicos Dei, ut velle Græci videntur, & adhuc in Ps. 118. *e* Theodoretus, qui laudat etiam eos, qui faciant, juxta illud, *Bd nihilum deductus est in conspectu ejus malignus, timentes autem Dominum glorificat*: quam quod judicasse de asserat, amicos Dei ab illo glorificatos, & honorificatos, à quo nempe solo confortatur principatus eorum. Ad hanc Deum sufficit ea ratio ad amandum alios, & honorandum, quod iciat ab illo amari, & honorari. Pro *honorificati sunt*, alii legunt, *honorati*. Ambrosianum Psalterium *honorandi*; & pro *nimis* in vetere Psalterio, apudque Augustinum, & Prosperum extat, *valde*; apud Cyprianum *g*, *vehementer*: apud Gregorium *h*, *valde honorati*: qui tamen alibi in lectione nostra utitur. Ludit idem *in amicis* nomine quasi amicus sit animi custos. Quia ergo Psalmista prospexit electos Dei à mundi hujus amore leparatos custodire in mandatis cœlestibus voluntatem Dei, miratus est amicos Dei. Sed proxime ante citatus Auctor ait, quod amicos Dei non novimus, nisi ad venerationem tantummodo memorari. Qui locus facit plurimum pro veneratione Sanctorum. Quod autem *nimis*, Hebraicè מְאֹד *meod*, Græcè *λίαν*, accipiatur pro *valde* ac *vehementer*, alibi monuimus. Notat quoque Hilarius non secundùm Latinitatis consuetudinem intelligendum *λίαν* vero magis *valde*, quam *nimis* contineri. Ultimo, quod habemus, *amici tui*, ex Hebr. רֵעֶיךָ *rehbecha*, quidam, *cogitationes tua*, declarant, & Prophetam velle dicere, sibi cogitationes Dei, consilia, voluntates pretiosas esse, eximias, præclaras vel raras: eo modo, quo sub Samuele & dicebatur *sermo Dei pretiosus*, idest, rarus, vel prohibitos, & absconditus: quemadmodum vers. 6. *mirabilem scientiam Dei* dixerat. David ex se, *consortatus est, & ad quam non poterat*. Nonnulli *l* præterea vertunt, *tribulationes tua*, ut dicat David, eas tribulationes, quæ permittantur, vel immittantur à Deo, sibi pretiosas videri,

deri, ac in pretio habendas, atque eum honore excipiendas. Est רַע *rahb*, *malum* non modo culpæ, sed afflictionis etiam, ac pœnæ: רֵעָה *rehbeh*, *amicus, familiaris, socius, sodalis*, *proximus*: item רַע *rahb*, *cogitatio*: sicut & רֵעוּת *rehbhuth*: denique pastores interpretatur hoc loco Tuccius *a*, quos potest significare רֵעֶיךָ *rehbeka*. Sed acquiescendum in translatione communi: quia hic Auctor nimis libenter solet recedere. Alioquin non incommodos gignere sensus possunt variæ translationes recitatæ, atque ad nostram denique revocari. Nam amici Dei honorantur ab ipso quia cogitat de illis, & sunt veluti cogitationes ipsemet Dei: tribulationes præterea amicis permittit & immittit: illis utitur tamquam pastoribus ad aliorum salutem. Antithesis quoque sequens de peccatoribus Dei inimicis, persuadet, ut hic intelligamus esse sermonem de amicis.

Nimis confortatus est principatus eorum.) Hieron. *quia fortes pauperes eorum*, quæ translatio similis est versioni Theodotionis, *ἐκραταιώθησαν οἱ ἀρχοντες αὐτῶν*. Trevetus nihilominus recitat ex Hieron. *quam fortis est principatus eorum*. Quia *pauperes eorum* verterunt, legerunt absque Aleph post רֵאשִׁיתָם *raschem*, ut Eugubinus & Cenomanus notaverunt. Posterior autem rectè subjungit, interpretando de Apostolis, eodem recurrere sensum: ut qui fuerint Principes, & pauperiatis primarii duces. Adde, quoniam, ut fer bit Jacobus *b*, *pauperes elegit Christus, & ad tantum principatus fastigium evexit*. Nunc scribitur cum Aleph, רָאשֵׁיהֶם *raschehm*. Sed pro *principatu*, vel *principatibus* in plurali, in quo est id nomen, & *ἀρχαὶ*: quo etiam numero utitur vetus Psalt. & Hilarius, Augustin. Prosp. Arnob. Psalt. autem habet Ambrosianum, *valde*. Transferunt alii, *capitas*: cujus versionis meminit Chrysost. *οἱ πρωτοκλισίας οἱ πρῶτοι καὶ ἄνδρες, quem multa capita eorum* c. Quidam vertunt, *summa eorum*. Referunt utrique ad capita, & summas cogitationum, quas priore membro intelligunt; aut ad principia & origines, idest, ad ideas rerum in mente divina, quæ roboratæ dicantur; tùm quia comprehendi nequeant; tùm quia sint innumerabiles. Communior & verior expositio de principatibus roboratis & multiplicatis, quæ duo significantur per עָצְמוּ *hhatsmu*. Ultimæ notionis hujus verbi alia exempla sunt, ut *d Multiplicatæ sunt mihi iniquitates ejus super arenam maris*, עָצְמוּ *hhatsmu* ἐπληθύνθησαν. Item *e Venient populi multi, & gentes robustæ*: Græce & ἰσχυραὶ. Significatur hic autem ingens robur ac numerus Principum, quæ *capita* dicuntur. Quamvis *capita* pro hominibus quibuslibet accipi possint, præferenda translatio communis de principatibus, & de confortatione non numeri per se, de quo mox, sed virium ipsarum. Cajetan. ponens *capita*, exponit de primatibus eorumque potentia. Isidorus Peluliota, hinc infert, quod imperiorum robur ac firmitas, Dei amicitia est, quodque qui robustè imperium gerit, amicus Dei est. Quocirca, inquit Petro nescio cui, si amicus Dei esse studes, fac robustè præsis, hoc est, nec muneribus, nec amicitiæ, verum dignitati, ac merito jus præbens.

Dinumerabo eos.) Idest, si numerem, si coner numerare, cum pergo recensere, cum numerum inire cogito, cum ad numeri, multitudinisque quantitatem, reflecto animum. Sic Ps. 39. *g Annuntiavi & loquutus sum*, idest, si annuntiare, & loqui vellem, *multiplicati sunt super numerum*. Et *super arenam multiplicabuntur*.] Parœmialis hæc formula prius occurrit in Ps. 77. *h Et pluit super eos, sicut pulverem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata*. Inde repete, quibus hæc illustretur locus, & quomodo videatur Deo proprium, ut numerum arenæ comprehendat. Quantitate numerabile, ait Cassiod. *i*, arena maris, guttæ pluviarum, stellæ lucidæ concludantur. Auctori quippe suo omnis creatura sub numero est, & quidquid ad existentiam pervenit, à tali non potest conditione dimoveri. Clarius & noster demonstrat cum Archimede in tractatu de arenæ numero, cui titulus ψαμμίτης, certo deprehendi posse, quot arenulæ totum replere mundum queant, si esset exploratum, quot arenæ grano papaveris sint æquales, & quot grana papaveris digitum constituant, denique quot milliaria Italica, quorum singula continent 800000. digitos in diametro concavi firmamenti comprehendantur. Nonnulla de hoc adagio breviter notata postea legi à Delrio *k* nostro. Quando propagatio seminis promissa est tanta, quanta stellarum, & arenæ *m*, aliqui mysterium nescio quod excogitant, ut arena Judæos & reprobos, stellæ designent Christianos, Aut etiam electos. Sed aliquando sola mentio sit de arena in eadem promissione *n*: & populus Hebræus *multiplicatus* dicitur sicut *astra cœli o*: & promissio est etiam sore, ut *si fuerit quasi arena maris, reliquia convertantur ex eo p*. Certe hoc loco multiplicatio amicorum Dei exprimitur, superque arenam fututa dicitur. Quod si explices, quia fideles plures futuri sint, quam Judæi, cum arena comparati, numerosior profectò est arena, quam stellæ. Jam verò quia Dei amicorum numerus quidam innumerabilis nunc esse dicitur, ut in Apocalypsis *q*, *turba magna*, (hunc Andreas Cretensis locum ibidem cum nostro comparat,) *quam dinumerare nemo poterat*, quem potest, utri simpliciter plures futuri sint electi, vel reprobi. De Angelis non agimus, quorum creditur minor numerus, & veluti *tertia pars stellarum, quam secum traxit draco r*, sed de hominibus *s*. Definit Aquinas *t*, reprobos plures esse: quod non absolutè tantum videtur verum de omnibus hominibus, sed etiam de fidelibus, comparatis inter se, ita ut sic etiam intelligamus *multos esse vocatos, paucos electos u*: & quod ait Augustin. *x* electos grano similes, reprobos paleæ in area *y*, & tempesti, cujus solum quarta pars fructificavit *z*: præterea quia *arcta est ad vitam ducens via, per quam pauci intrant a*. Id tres soli videntur designare, quos Christus interesse voluit suæ transfigurationi *b*: id *libri aperti*, sed *unus liber vitæ c*: id Angeli quatuor interfectores, unicus imprimens liberandis *signum Thau d*: id *vasa in honorem*, quæ pauciora sunt, quam *quæ in contumeliam e*: id *unus accipiens brevium f*: id *collectis tritici in autumno, vix invento botreo g*: id *arescens messe terra h*. Hoc latissimum in libro Esdræ 4. *i* licet apocrypho in quo scribitur, quod *hoc sæculum sectis Deus propter multos, futurum propter paucos, quod multi quidem creati sunt, sed pauci salvabuntur: sicut terra dat multum materiam, ex qua fiant fictiles paucam vero, ex qua fiat aurum & argentum*. Lege Gregor. & Chrysost. *l*. Satis æqua sententia nostri Suarez *m*. Si Christianos universè spectemus, ut complectuntur hæreticos, Schismaticos, Apostatas, cum aliis, qui fidem retinent, plures reprobos esse: si eos, qui moriuntur juxta Ecclesiam, videri plures salvari, connumerando pueros cum adultis; quontam, & hi tæpius retorquant à peccatis, & decedunt dum susceptione Sacramentorum, & saltem cum attritione, dum ea recipiunt. Incertum, an præcise tot homines prædestinati, quod Angeli cecidcrunt, an quot ex his persisterunt, an quot tunc creati simul in gratia. Soli Deo cognitus numerus electorum in superna fœlicitate locandus, ut Ecclesia profitetur in oratione secreta tertia per Quadragesimam, & Augustinus in Enchiridio *a*. At eximia Dei benignitas facit quodammodo, ut corruptioni & perditioni succedat generatio, falusque alterius; & amittente uno *coronam*, alius *accipiat p*, & *impleat ruinas q*, & *conterens multos innumerabiles, stare facit alios pro eis r*.

Exsurrexi, & adhuc sum tecum.) Hieron. *evigilavi, & ce.* Symmach. ἐξηγέρθην, vel ἐξηγήσομαι, ἔτι, vel εἰς ἔτι ἐγὼμετὰ σοῦ, vel μετά σου, *exsurgam è somno, & semper ero apud te*, vel *tecum, semper tui meminero, excussis omni pigritiæ somno*: quamvis vigilem semper, recumque, simul ac vivam, ne moriar, non potero amicorum tuorum honorem, principatum numerum satis pendere. Hebr. וְקַצֹתִי הֵמָּה *vehkotsothi* est etiam in Ps. 30. *s* & vertitur pariter à Hieron. *evigilavi. Ego dormivi, & somnum cepi & exsurrexi*: ἐξηγερθην quoque, sicut hic. Præter allatas expositiones, alia quorumdam est, ut significet Propheta, se confidentem sive amicos Dei, sive cogitationes ipsius profundissimas, somno quodam, ac sopore oppressum; sed expergefactum filio ac eamdem contemplationem redisse: sive ad iplummet Deum. Græci explicant, quod se dicat ereptum à calamitatibus, & Dei tamen minime oblitum, ut multi in secunda faciunt fortuna. Paraphrastes innuit sensum illum mysticum satis communem de vera Resurrectione, propter quam, ut dixi, recitantur hæc verba de Christo resurgente. Air enim, *Resurrexi in mundo venturo*, idest, ad vitam novam & propriam venturo mundo. In Romano Psalt. *resurrexi, & adhuc tecum sum*: quo pacto recitatur in Officio Ecclesiastico Psalterii dic. Apud Hilarium, *surrexi*. In Ambrosiano Psalterio, *& surrexi*. Perinde etiam aliqui hoc accipiunt, ac si Christus converteret orationem ad populum fidelem, causlamque tanti principatus, quem communicavit eis; quia cum resurrexerit, *data est ei omnis potestas in cœlo, & in terra t*: & *cum ille est* adhuc *omnibus usque ad consum-*

matio-

mationem seculi *. Tandem sic nonnulli exponunt, ut se David ajat inter innumerabiles amicos Dei tam fortis principatu unitos exturrexisse, aut evigilasse, hoc est, in hanc vitam venisse, atque ex illo genere extitisse: dum autem vivet, numquam recessurum à Deo. Comparata est Ptal. 89. *a* vigiliis noctturnis vita nostra, videlicet dum alii aliis nobis tamquam peracta custodia, seu statione, succedimus; & Auctor *b* Ecclesiastici de se scripserit, quod *novissimus evigilaverit*. Lyranus explicat de resipiscentia Davidis à peccato Uriæ, & numerati populi; & affirmare se adhuc esse cum Deo in præsenti per gratiam, in futuro per gloriam, de qua certus erat ex revelatione, ac tametsi peccaverit, & indignus fuerit libro Dei, tamen in eo se ascriptum confidere.

* ibid. v. 29.

a *vers.* 4.

b *cap.* 33. 16

Vers. 19.) Si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me.

Vers. 20.) Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate civitates tuas.

B

Sensus loci.

QUum de Dei amicis egerit, & de summo honore, ac principatu, quo Deus eos afficit; dixerit vero etiam se quasi de somno excitatum propter tam illustre exemplum, velle eidem Deo adhærere, semperque animo, & voluntate cum ipso esse, atque amicorum ejus habere consortium; nunc è contrario ait, vaticinando & optando, peccatores, qui sunt inimici Dei, & homines alios inique vexant, proprias autem animas lethali peccato trucidant, justo judicio ab eodem Deo interficiendos, atque cum ignominia de medio tollendos, & numero diminuendos; ideirco se etiam illorum recusare amicitiam, societatem, contubernium, quamlibet, & quantumvis arctam necessitudinem, vel quod vis emolumentum honori ac Religioni Dei sine ulla cunctatione postponturum. Hoc orationem eos converta, cum indignatione pronuntiat, amandans longe à se prorsusque abire, & facessere impetans. Rationem præterea subjungit, eosdem alloquens, quoniam vos apud vos, & in cordibus, cogitationibus, ratiocinationibus vestris dictitatis, tamquam Dei causam suscipere velle videamini, re autem vera, insultantes in Deum, & invidentes amicis Dei principatum illum, quem eis concessisse magnum & fortem dixi; Accipient tui illi amici, seu qui tales habentur, ac justi, civitates tuas in vanum, & frustra: utpote quas brevi auferemus & repetemus ab eis. Vel sensus est secundi versus, qui constat concisis sententiis, ob vehementiam indignationis contra ipsos, & ardorem zeli pro Deo. Abite, abite viri sanguinum, & improbissimi, procul procul esto profani, quorum tractatis impia, & rebellia in Deum consilia, & machinamini adversus cultores amicos ejus pessimas quasque insidias. Tum directo ad Deum termone ejusdem Prophetæ de inimicis ejus: Omninò ita est, ò Deus, non desinent isti, quoad vivent, conturbent amicos tuos de principatu, quem tradidisti ipsis civitates, si quas iisdem inimicis tuis permisisti, accipient in vanitatem, ut non tibi hoc ascribant beneficiũ, sed idolis, falsique diis: illas, quas occupant amici tui, inimici accipient in vanitatem, idest, conabuntur recipere, vano, sed quod verum putabant, deorum suorum fisi auxilio, atque vanum persuadentes sibi esse id, quod tueri amicos tuos diceris. Concedo adhuc exprimi à Prophetæ indignationem in impios, qui quæ adhuc de infinita dixit DEI sapientia non curent, vel non credant, nec tantum numen colant, sed contemnant & violent. Locus hic profecto per obscurus, ob valde discrepantes lectiones, quæ signunt diversos etiam sensus. Præstat ut separatim expendantur.

Si occideris Deus peccatores.) Eodem pacto Hieron. sed numero singulari ponit *impium*, qui Hebraicè dicitur רשע *rasciahh*, & sæpius antea occurrit. Hilarius, *si occidas Deus peccatorem*, Ptalt. Romanum, Caffiod. Arnobius: *si occidas Deus peccatores*: apud Chrysost. aliàs in singulari παραβάτην *transgressorem*. Notat Trevetus apositopesin, quæ soleat esse hominis exsistentis in passione doloris, iræ, vel desiderii: suppleri autem debere, *tunc dicam*, nempe quod sequitur, *Viri sanguinum, &c.* Lyran. *si*, accipi vult pro, *quia*: quia nimirum sit certum quod occidet Deus peccatores obstinatos morte æterna. Euthym. & Nicephor. sub audiunt ἐυ ἴσχυ *bene habet*: & peti non hominum interitum, sed ablationem malitiæ, vel

Aut sic inefficax potentia malorum, tùm dæmonum, tùm hominum: vel ut etiam corpora hominum occidantur, quando delictorum vulnera immedicabilia sunt, præsertim vero ne aliis impedimento sint ad studia virtutum. Prior eadem Chrysostomus attigerat: nec discrepant hac in Theodoretus & Basilius, qui nempe desiderium hic queddam agnoscunt, sicut & Apollinarius, qui magis id exprimit.

Α'ντε κακοπάντους ἀνα δικλῆς διφάνους.
Utinam occidas impietatis cultores.

Hilarius exponit quoque de desiderio & prece, ut occidatur peccator, cum seculo, peccato, legi moritur, & Christo commoritur, ut vivat cum illo; & generatio vitæ spiritualis vitiorum omnium, & peccatorum morte renovatur. Habet particula, *si*, hunc optandi usum, quemadmodum ibi *e*, *Si cognovisses*, & *tu*. Sic & apud Poetam *d*.

Si optandi usum habet *c* Luc. 19. 42 *d* 6. Æneid.

Si nunc se nobili ille aureus arbore ramus
Ostendat.

Præterea interrogativè exponi potest, ut facit Campensis. *Omne peccatum mortale occidit animam spiritualiter*, & *stipendium peccati mors* f, & *homo per malitiam occidit animam suam* g, *os, quod mentitur, occidit illam* h, *parvulum occidit invidia* i; *multos occidit tristitia* k, scilicèt invidiæ, aut acediæ.

e Rom. 7. 5 11
f cap. 6. 23
g Sap. 16. 14.
h cap. 1. 11.
i Job. 5. 2
k Eccl. 30. 25

Viri sanguinum.) Chaldæicè; *viri addicti judicio mortis*. At potius videntur intelligi hi, qui addicti, & dediti sunt fundendo alieno sanguine aut fraudibus, aut dolo nocumentum proximis inferre solent. De his actum Ps. *l* 25. *m* 54. *n*: & quo pacto per *sanguines* designentur graviora, crudeliora, fœdiora quæque peccata, docui Ps. 50. *o* Qui dicuntur hoc loco ἄνδρες αἱμάτων, appellat Symmachus ἄνδρας μιαιφόνους, *viros homicidas*. Apollinarius ἀνδροφόνους *viros occisores*.

l vers. 7
m vers. 9
n vers. 29
o vers. 16

Declinate à me.) Arbitratur Cajetanus Davidem velle occurrere tacitæ objectioni, quod sineret vivere Joab, qui proditorie occiderat Abner, & Amasa, quia videlicet strenuus erat, & utilis David: hic autem dicere, si Deus occiderit hunc impium (priore namque membro sic numero singulari vocabatur) fore, ut quod cupiebat, proderet, quam scilicet cuperet occidi effusores iniquos sanguinum: se interim dum vivebat, non satis posse illum de medio tollere, quoniam ad huc in Regno novus, non absque periculo id faceret, quum is esset princeps militiæ, multosque sectatores haberet. Placet cum aliis generaliorem esse sententiam, qua quemadmodum *virum sanguinum, & dolosum abominatur Dominus* p, ita qui Dominum amant, tales odio persequantur, ac longius ab se illos dimittant, & *ad nihilum in conspectu eorum deducantur* q, *facientes prævaricationes oderint* r, & *in matutino*, statimque *interficiant omnes peccatores terræ*, ac *disperdant de civitate Domini omnes operantes iniquitatem* s. Vel sensus est; si fumat Deus de sceleratis vindictam, fore, ut ipsemet his divinis judiciis proficiat, & se ab omni subducat malorum societate: *quum enim faciat judicia sua Deus in terra, justitiam discunt habitatores terræ* t. Vel quasi se sistens ante Tribunal Dei, fidenter ait, quamvis ille occidat impios, nihil veriturum, sed procul à se ipsos amandaturum; utpote cum nihil ei negotii sit. Vel supplendo quod prius dicebatur, *& adhuc sum tecum*, si occideris Deus peccatores, tunc declinabunt à me viri sanguinum; ego verè liberè tecum ero, contemplans teipsum, tuaque consilia & mysteria. Sic alibi *u*, *Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei*. Viros sanguinum odit Deus nostra caussa maximè, quia nos amat, & proximos nostros, nec admittit emorem nostrum, seu amari se à nobis, nisi hac lege, ut proximos amemus propter ipsum. Liceret hic in homicidas ac duellantes declamare ex maligno homines, & imitatores Cain, qui primus occidit hominem, eumque fratrem *x*. Lege Petrum Greg. *y*, & varios de duello tractatus. Tandem notandum quanti referat malorum vitare sodalitia, præsertim eorum, qui magis contagio, & certa peccatorum qualitate inficiunt, faciuntque ut *sanguis sanguinem tangat* z.

p Psal. 5. 7
q Psal. 14. 4
r Psal. 100. 3
s vers. 8
t Esa. 26. 9
u Psal. 118. 115
x Gen. 4. 8
y li. 48. Synag. cap. 16
Malorum vitare sodalitia magni refert.
z Osea 4. 5

Quia dicitis in cogitatione.) Hieron. *qui contradicent tibi scelerate*. Alii, *qui dixerunt contra te abominationem*, vel *nefarie, impie, scelestè*, vel *qui dicunt de te in cogitatione*, vel *qui rebellant tibi nefarie*, aut *per audaciam*, vel *qui jurabunt in te scelere*. Heb. sic habent ישורך למזמה אשא *ascer imrucha limzimmah*. Ultimum nomen cum arti-

articulo significat *cogitationem*, præsertim callidam, cautam, solertem, prudentem, ut etiam bona est; aliquando quoque malam & abominandam & injustam, ut vidimus Ps. 9. *a* 20. *b* 36. *c*. Quæ notio præsenti loco convenit. Primum verbum cum affixo, si habeat punctum *holem*, quod valet vocalem, o, & sit à themate אמר *amar*, *dicere*, ita ut etiam sub longo illo puncto latere intelligatur prima themat is א *aleph*, significabit, *dicent tibi*. Sin autem dicatur thema esse מרה *marah*, *rebellare, non obedire, &c.* vertendum erit, *rebellabunt tibi*, sive *contra te*, quod præ se fert, ut modo extat ימרוך *imrucha*. Tandem prima dictio iumi potest vel causaliter pro *quia*, vel pronomine, *qui*. Paraphrastes Chaldæus transtulit, *qui jurant in nomine no dolose*, aut *mendacium*. Quasi respectum habuerit ad rebellionem conjuratam. Eodem spectavit Aquila, ὅτι ἀνταλλέξου *in oi* οἰς ἐπίνοιαν, aut ἀπόνοιαν, *quia contradicent tibi in pravam cogitationem*. Symmach. ὅτι σοι ἀντιλαλοῦσι διάνοιαν, vel διαλογισμὸν, *quia locutus sunt contra te cogitationem*, aut *cogitationem*. Quinta editio ὅτι παρανομοῦσι σε ἐν ψεύδεσι, *quoniam exacerbaverunt te in malo consilio*. Theodotio ὅτι ἐρίσουσι σε διαλογισμῶν, *quoniam contendet*, vel *irritabit in cogitationem*. Quin etiam multi codicis editionis LXX. ut Complutenses, ac Regii habent ὅτι ἐρίσουσί σε εἰς διαλογισμούς, *qui litigiosi*, seu *contentiosi* (ut habet in Ambrosiana, Ptalterio) *estis in cogitationibus*, seu *ad cogitationes*. In quibusdam est εἰς διαλογισμούς. At in emendatis Bibliis ex eorum editione habetur, *quoniam dices in cogitatione*, quamvis scribatur absque accentu, ὅτι εἰς διαλογισμόν, & cum accentu in prima syllaba varie: *contentiones*, aut si ultima habeat solum ι, & sit ἔρις, *contentionem* in singulari; cum accentu circumflexo in ultima, *ei* ἐρεῖς *dices*. Agellius licet interfuerit emendationi LXX. tamen nihilominus illos usus verbo δολεῖν, & legisse מרה *marah*, quod id significat. Theodoretus, Euthymius, Nicephorus utuntur apertè ea translatione Græca, quam recitavi ὅτι ἐρίσεις &c. & Chrysostomus, ac qui Basilius dicitur, tavent. Hilarius legens, *quoniam dices in cogitatione*, quo pacto legit etiam vetus Psalterium, Augustinus, Prosper, monet Græcè esse ὅτι ἐρεῖς εἰς διαλογισμόν, & illud ἐρεῖς, (nempe demto accentu spectatum (pronuntiatio. ἐρεῖ) aut *contentio* (nimirum ἔρει:) sed hos, qui Hebraici sermonis scientiam consecuti sunt, non *dicis*, seu *dices*, sed *contentiones*, in eo quod ἔρεις translatum est prodidisse id ita verum esse, rationem & intelligentiam monstrare, quia prius dictum est, *Viri sanguinum declinate à me*. Confirmat ex Ezechiele *locum non invenia, sed judicium & civitatem sanguinum* d, apud quem *vir sanguinum* dicitur, cujus adulans doctrina est, & ex Ps. *e* cujus *doctrina malevolentia*, qualis hæreticorum, quorum in animo & cogitatione solum contentionis studium perfixit, & nihil ad salutem hominum laborant, nihil ad spem acquirunt, nihil pacificum cogitant, ut omnis his contentionibus labor sit, & pugnam meditentur. Denique legit, *quia contentiones in cogitatione*. Interpres noster Latinus legit ἐρεῖς *dicitis*, vel ἐρεῖτε, quod ultimum propius accedit ad ἐρεσσέτε: Apollinarius autem ἐρεῖς, *dicit*, vel *dicet*, nullam de *cogitatione* mentione faciens, videlicet quod intellexerit hoc dicere ut est intus, intra se, apud se, in propria cogitatione, quemadmodum canitur de insipiente, quod *dixerit in corde suo non est Deus*: & dicitur quis *aliquid dicere in corde, & in cubili* g. Immutarunt autem LXX. personas, ut sententia, quod Cenomanus & Genebrardus monent, continuaretur planius cum proxime præcedente a postrophes, cum alioquin Hebræum verbum sit tertiæ personæ futuri temporis, & non ut fumum a מרה *marah*, ימרוך *imrucha*, sed ut ab אמר *amar*, ימרוך *imeruka* deficiente א *aleph*, nempe *non rebellabunt tibi*, sed *dicent tibi*. Ultimæ autem voces, *in cogitatione*, malignam hic cogitationem significant, ut antè dixi, quos LXX. pluraliter vocarunt ἀξιόδοξα μέσα. Quamquam Augustinus cogitationem bonam sumens, interpretetur, legens, *quia dices in cogitatione*: quia tu ò Deus, dices, idest, immittes in cogitatione justi, ut dicat, *Viri sanguinum declinate à me, & si occideris*, idest, quum occideris, *peccatores*, nempe superbos, hæreticos, qui se ab aliis corporaliter dividunt, & occidunter, quando propter spe biam amittunt gratiam: idcirco *accipient in vanitate civitates suas*, hoc est, populos suos vanos. Sed prior expositio communior & litteralior. Nec quidquam de translatione nostra mutandum, ut nec

a *vers.* 2. 4
b *vers.* 12.
c *vers.* 7.

d *cap.* 7. 23. *cap.* 22. 2.
e *vers.* 7.

f Ps. 13. 2. Ps. 52. 2.
g Ps. 9. 5. Ps. 9. Psal. 14. 2 Ps. 72. 8.

Adde Græca emendata, quam Sixtus V. approbavit, & cui, ut dixi, clare favet Apollinarius, & multi Hebræorum, & verbum *contradicendi*, quo utitur Hieronymus.

Accipient in vanitate civitates tuas.) Hieron. *elevati sunt frustra adversarii tui*, translatio potest consistere cum textu Hebræo; ut nunc extat נשוא לשוא עריך *nasu lasseau hhareha*. Primum verbum est præteriti temporis pro futuro, vel imperativi modi, qui etiam per futurum rectè declaratur, significat autem & *accipere*, & *elevare etiam se*. De secundo vocabulo cum littera servili nulla difficultas est. Ultimum nomen cum affixo potest significare, tùm *civitates tuas*, tùm *adversarios* ac *hostes tuos*: Aquila ἔρημοι σὲ εἰσὶ ἀναλλοῦσι. *elevaverunt frustra amulatores tui*: & Chrysost. meminit translationis, *Vana elati sunt adversarii*, vel *inimici tui*. Is videtur Symmachus, ὑπήρθησαν ματαίως οἱ ἐχθροί σου. Chrysost. autem hanc lectatus verborum, explicat de elatis adversus Dei gloriam, teleque inique gerentibus, & blasphema verba loquentibus. Alii ex Hebræo vertunt, *assumserunt in vanum hostes tui*, nempe nomen tuum, vel numen tuum, quod nullum putant esse, aut res humanas ignorare te existimant, aut eas non curare: Vel nomen ac numen divinum adscribunt rebus vanis, idolisque. Item, *elevati sunt*, seu *elevaverunt se hostes tui contra te*, & *in superbiam vane, jactanter, gloriose, frustra, etiam sine caussa, absque fructu*. Chaldæicè hoc priori simile membrum est, *qui juraut in nomine tuo dolose, juraut in vanum auctores inimicitiæ tuæ*. Juxtà translationem nostram, & LXX. quæ habet πόλεις *civitates*, & pronomen secundæ personæ *tuas* σου, & affixum ך *ca*, quæ mvis aliqui codices Latini, habeant *suas*, & re ipsa civitates omnes quæ dicuntur esse hominum, sint etiam Dei. Apollinarius videtur agnoscere objectionem, quam sibi faciat Propheta.

Α'λλ' ἐρεῖς κενὰ ἰ'σα μεν πέρσιτε πόλιας.
Sed dices, vacuas quod meas perdere civitates.

Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, quod contentiosi ac litigiosi illi in colloquiis, cogitationibusve suis pravis, de quibus dictum priore membro, in vanum ac frustra proprias habituros essent civitates, atque permansuri essent infructuosi, ac steriles ad virtutem, nullam ex Dei legibus utilitatem percepturi; omnem verò civitatem dici, Dei civitatem esse, quoniam *h Domini est terra*, &c. Melior expositio posita in paraphrasi nostra, ut rectè declaratur ab Agellio, Genebrardo, Bellarmino, Jansenio, Cenomano: tantum abest, ut quod Hunnius nimis audacter dixit, universi Pontificii hunc locum ignoraverint; ut Gretserus *i* nosterque, nono allato Genebr. rectè monet. Sensu accommodatitio accipere *civitates suas*, quæ eadem sunt Dei, dicuntur *in vanitate* hi, qui civiles, aut Ecclesiasticos magistratus vanitatis per se caussa, & ambitionis, aut lucri suscipiunt, præsertim si simul plures, quum vix unum pro dignitate administrare valeant. Rickelius simili sensu interpretatur, ut imprecationem impiorum adversus pios & Religiosos, nimirum legendo, *accipiant*, ut frustra, & in vanum particulares Ecclesias, congregationes, claustra accipiãt, & nihil profit eorum saluti, quod se ab illis segregant.

h Ps. 23. 1.

i Tom. 1. pro Bellarm. l. 2. cap. 23. Sensus accommodatitius.

Vers. 21.] Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam?

Vers. 22.) Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi,

Sensus loci.

POstquam Propheta exsurrexit ac evigilavit in Deũ, & cum ipso fuit, seu totus ei adhæsit, atque societatem impiorum longius removità se, qui sunt & in Deum impii, & iniqui in proximum, cui etiam invident omnem prosperitatem, dignique quos de medio tollat Deus: jam apertè pronuntiat se tales odisse, & se illorum declarat inimicum, quum ingenti quodam mentis tædio, dolore, indignatione, ita ut eos ferre nullo modo possit, sed consideransab iis lædi Deum, contabescat, & odio consumatur, absoluto, cui nil addi queat, ex intimo, totoque corde, capitali, maximo, irreconciliabili, ut tales prosequatur, & pro inimicis palam & diserte habeat, & haberi apud omnes velit. Profectò quemadmodum diligendus Deus ex toto corde, sic odio habendi, qui oderunt Deum, & contemnunt, cùm sit Deo *odio impius*, &

p.us, & impietas ejus à : oderit operantes iniquitatem b: & *observantes vanitates* c: *qui autem diligunt Deum, odisse* debeant *malum* d. Asines isti sententiæ fuerunt in alio Pl. e. *Vidi prævaricantes: & tabescebam* f. *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. Faciente te fornicationem odit* g. *Defectio* g *tenuit me pro derelinquentibus legem tuam* h: denique *Inimicos hodio habui, & abominatus sum odium* i *Ecclesiam malignantium*. Sed hoc loco emphasim habet particula interrogantis, & dubitantis, ut sic nimirum magis affirmet, atque rem certissimam esse demonstret, præsertim quum fiat percontatio ista apud verum omnium conscium Deum, ut Pl. fere toto probatum est, ac tequentibus adhuc ultimis versibus confirmatur. Pollicitus est Deus inimicum se fore inimicis amantium se *k*: exigit ergo vicarius amor, ut amantium ipsum amici simus, & inimici odientium. Vocat hoc Hilarius Religiosum odium, quoties nobis odio est, qui Deum odit; inimicos quidem nostros amare præcipi, sed nostros, non & Dei, cum juxta Deum, & patrem, & matrem, & conjugem, & filios; & fratres odisse devotum sit: Augustinus perfectionem odii attendit, ut sit ex charitate, ut in inimicis Dei oderimus iniquitates, diligamus conditionem Dei, & nec propter vitia homines oderimus, nec vitia propter homines diligamus. Exemplum profert Moysis, qui & pro peccatoribus orabat, & eos occidebat, odiens iniquitatum, quam puniebat, diligens humanitatem, pro qua orabat. Ambros. l expendens zelum Phinees *m*, vebaque Pl. 118. *n Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*, docet eos, qui velum habent, omnes sibi inimicos putare; qui sunt hostes Dei, juxta illud quod hic scriptum est: Gregorius o etiam scribit inimicos Dei *perfecto odio odisse*, esse, & quod facti sunt diligere, & quod faciunt increpare. tantum Prophetam hoc velut in hostium Deo obtulisse, quod contra se pro Domino præ verum inimicitias exercita vit, dicendo, *Et inimici facti sunt mihi*. Adhibet exemplum Levitarum, qui manus Deo consecrasse perhibentur, assumtis gladiis per castrorum media transeuntes & feriendis peccatoribus parcere nolentes *p*. Addit Christum negantem, *venisse se non pacem mittere, sed gladium & separationem* q: monetique ut eamdem pacem dilectione integra intrinsecus omnes teneant: quam per invectionem vocis extrinsecus turbant, sicut idem noster vates dicebat, *cum his, qui oderunt pacem, sopacificum fuisse, quum loquebatur illis, impugnatum gratis fuisse* r: postremo Paulum hortari, ut si fieri possit, *quod ex nobis est, pacem cum omnibus habeamus* s: *si quis non obediat, notandum, nec comiscendum cum illa, ut confundatur* s; *sed ita ut non existimetur, inimicus, sed corripiatur, ut frater* t. Hinc marus *u*, citato hoc Gregorii loco, cavendum in primis, ait, Principibus, ne sceleratorum amicitiis jungantur, vel hujusmodi in familiaritate inscipiant. Citat cum eodem exemplum Josaphat, qui tot de anteacta vita præceptis laudatus, de Achab Regis amicitia pene periturus, increpatus est his verbis *x, Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum. merebaris: sed bona opera inventa sunt in te, &c.* Petrus Bleiensis y perluader cuidam Episcopo, simulatores nefario quas, omnique deponere à quia viam perfectionis & incedebat & docebat: nec decebat, ut foveret odium, nisi quod Propheta vocat *perfectum*: cum nempe in homine peccatum, non homo in peccato exosus habetur. Cum solo illo, qui absolute *inimicus* appellatur *z*, & *inimicus homo* a, & inter quem positæ ab initio inimicitiæ, interque genus nostrum *b*, odia perpetua & irreconciliabilia gerenda sunt: præterea cum mundo, qui *totus in maligno positus est* c: à quem qui diligit, *inimicus Dei* necessario *constituitur* d: *quia amicitia hujus mundi, inimica est Dei* e, Cyrillus Jerosolymitanus f, prolato præsenti loco, cohortans, ut oderimus odio dignos, & aversemur, quos adversatur Deus, ait inimicitias quasdam bona esse, ut illas, quæ positæ sunt à Deo interserpentem hominemque? eam vero amicitiam, quæ est, cum serpente, inimicitiam Dei, & mortem efficere. Antiochus Abbas *h* hinc etiam probat, odium nullum proprie. nisi adversus diabolum homicidam exercere debere, qui in ipso statim initio Orbis conditi hominem illico lenocinio in excœcatum decepit, deceptumque amenitate exegit Paradisi. Idem asserit de Madianitis, per eos interpretans impuros spiritus fornicationis. Idem dicere possumus de Gentibus, quibuscum Deus Hebr. pugnare voluit. Iterum Gregorius *i* frultum pronuntiat esse, si illis placere quærimus, quos non placere Domino scimus: & quod nemo potest in una, eademque re omnipotenti Domino, atque ejus hostibus gratus existere; & quod Propheta nosster hoc licet cum ardore Creatori omnium quasi in munere obtulit, quasi diceret: Pensa, quantum te diligo, qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Perfectum oportet hoc odii else, ut non sicut qui non diligunt Deum & proximum, ut debent; ideest, opere, & veritate, sed verbo tantum & lingua *k*: ita & se mundi ac diaboli odium habeat, nec etiam carnis ac peccatorum, quatenus odio digna sunt, ut sunt etiam *inimici hominis domestici ejus* l, prout impediunt viam salutis. Legendus D. Angelicus *m*, illa item quæ diiserui ad Ecclesiastæ caput tertium *n*, *Tempus dilectionis, & tempus odii*, præter scholasticam tractationem de charitate. Hæc porrò sententia usus est Arnulphus Imperator in Concilio Tiburiensi *o*, agens de adversariis Ecclesiæ, quos infestabatur. Eodem videri potest allusisse Leo *p*, scribens Anatolio, de quodam Attico, qui se volens pugnare, dicebat Eutychem sibi semper odiosum fuisse. Voluit nempe, ut luculentis verbis, ac propriæ manus subscriptione hæresin reprobaret Eutychis, atque damnareta quia aliud essent humanæ etiam inter Catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides Catholica damnat, errores. Similis de caussa testem, & quasi prædam iynceræ conversionis exegerunt ab Arnobio Christiani librum illum, quem contra Gentes edidit. Retulit Polydorus Virgilius inter adagia sacra *q*, *Perfecto odio oderam illos* r: ut signisicetur verus, ac maximè naturalis in hominem hominis amor: quo quod maximè alienum est ab homine, vitium in eo, quem plus amat, plus etiam odit, ut in filiis parentes, fratres in fratribus, &c. Sed minus probo Latini nominis *homo* Græcum etymon, qua si dicatur *ὁμοῦ concors*. Nemo nesciat ab humo derivari nomen *hominis*. Quomodo possit Deus, qui summum bonum est, odio haberi, alias docui. Origenes autem ex eo, quod hic dicitur; odio haberi à nonnullis, quos & nos odiise debeamus, & quia Christus etiam, dum hic vive et, odio habitus est: tum præterea ex alio Psalmo *s*, *Multiplicati sunt qui oderunt me iniquè*, Colligit, male ac frustra velle nos à nullo odio haberi, sed diligi ac benedici. Videndum, ne nos inveniat illa sententia *t*: *Væ cùm benedixerint vobis homines*; præterea, ne pro peccatis nostris odio habeamur. Videlicet, sicut odio habemus perfecto inimicos Dei, ideest, vita in illis; ita non debemus ægre ferre, si eadem alii oderint in nobis, & nos, ut virtutis, ac Dei inimicos. Qui nos propterea oderunt, ait Augustin. & propterea nobis inimici sunt, quia Deo servimus: quid aliud, quam eum oderunt, & ejus inimici facti sunt; Benefaciendum his, qui oderunt nos, non qui Deum scilicet quatenus hujusce modi sunt. Alioqui à beneficientia, atque eleemosyna ne inimici quidem Dei excludendi à nobis, quos nec excludit ipse *u*: & Christus ex obliquo appellat malorum quoque patrem Deum, dicens *x*, *Quum sitis malis, nostis bona dona dare filiis vestris; quanto magis Pater vester de cœlo, &c.* Fratris Lycurgi filium Charilaum laudantibus quibusdam ut probum, restitit collega, & quomodo probus est, quum ne in malos quidem sit acerbus? Thersitis turpitudinem corporis describit Poeta multi modis, improbitatem vel ex eo, quod

Odis & hunc magnus Pelides, odit Ulysses,

Vel,

Summe erat exosus Pelid, exosus Ulysse.

Ἐχθιστος δ' Αχιλλευσι τετιμένος ἠδ' Ὀδυσῆι.

Multi, ait Plutarchus *y*, hæc scribens, sunt, quos odio jure prosequimur, velut ii, quos ἀξιμίσητους appellamus. At amen vera, & ab Augustin. z approbata Senecæ sententia, quod omnes odit, qui malos odit. Ideo diligendi mali, inquit, ut non sint mali; quemadmodum non ut permancant, sed ut sanentur à medicis diliguntur ægroti. Subdit omnes esse, qui peccant aliquo modo, quamvis non sint talia peccata, quæ à divinis compellant removeri altaribus. Talibus obnoxii peccatis non censentur Deum odisse, nec odio nostro digni sunt, aut ut inimici habendi.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam?) Hieronym. *a*, *bene, & in bonne odientes te, Domine, odivi*. In Romano Psalterio est nomen *Deus*: in vetere tantum sic, *nonne nos, qui oderant te, odio habui*. Ommitti non debuit vel *Domine*, vel *Deus*, quoniam est יהוה *Jehovah*, & κύριε. Monui autem prius ineese vi in interrogationis, seu dubitationis nota, הלוא *halo*, לא, *nonne*. Extant in præcedentibus Pl. *a* exempla similia. Eugubinus exaggerat recte indignitatem rei, execraturque, ut sit, qui Deum oderit summum bonum, quem & Paulus *b* ἠγαπημένον nominat. Apte quoque distinguit amorem minorum, inferiorumque erga majores & superiores, dum parent mandatis illorum; majorum, dum bene minoribus faciunt; æqualium, quum eadem sunt ab utrisque. Christus primum expressit *c*, *Vos amici mei estis, si feceritis, &c.*

Et super inimicos tuos tabescebam.) Hieron. *& contra adversarios tuos distabui*. Pro *inimicis* Hebr. מתקוממיך *the Komemim*, significat *eos, qui consurgunt insurguntque in Deum*. In Hebræo autem volunt Gramatici deesse מ *mem*, *benoni*, sive participii *hithpael*, quod parum refert. De ultimo אתקוממם *ethkomet*, dixi alibi *d* iecum importare dissectionem quandam animi, nauseam tædium, fastidium, molestiam, mœrorem, cum contentione, rixa, jurgio, litigio. Hoc eodem verbo utitur Ezechiel *e*, Deum pollicentem inducens, quod *populo displicerent iniquitates ejus, & scelera*. Proprium hoc pœnitentis munus, verâque signum pœnitentiæ, sibi hoc modo displicere, ipsaque peccata pœnitenti: & ut secundùm Deum tristitia pœnitentiam operetur, sive hæc illam, *cum sollicitudine, defensione, indignatione, ἀγανακτήσεως, timore, desiderio, æmulatione, vindicta* f. Explicat hoc loco Nicephor. δακνόμενος ὁμοῦ καὶ πικραινόμενος καὶ ἀγανακτῶν ἑαυτῷ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, *consumi igni justa indignationis contra illos*.

Perfecto odio oderam illos.) Chaldaicè, *usque ad consummatum odium oderam illos*, vel *consummato odio infestus fui illis*. Perfectio ista odii in Davide quidem erat cum virtute, & ex virtute. At per se denotat odium summum, & quantum in eo genere mortaliter potest esse, sive sit honestum, sive reprehensione dignum. Justus nimis honorandos censet amicos Dei; inimicos vero etiam ejusdem nimio quodam odio persequendos, & quam potest esse maximo superlative, πλεοναστικῶς μᾶλλον. Apollinarius expoluit perfectissimum & ablolutissimum odium. Alia interpretatio pro perfectione virtutis vera est, non tamen per se intenta.

Et inimici facti sunt mihi.) Hebr. *in inimicos*, לאויבים *leojevim*, Videtur hoc præcedenti ignonvmum, tamque crebra ejusdem rei repetitio demonstrat incentum amorem Dei, & ex hoc ortum extremum quoddam odium eorum, qui Deum offendunt. Phrasis tamen hæc etiam, qua inimicos factos sit sibi, potest innuere, quod Propheta non susciperet per se ullas cum ullo inimicitias, odia ulla; sed quoniam ipsi nolentem ad id adigerent, utpote lacessentes injuriis, quas inferebant Deo, quasque merito justus pluris facit, quam proprias. Præterea videri potest dicere, quod non ipse illis inimicus factus sit, sed illi ei, tum præsertim quum ex charitate illos corriperet, corripientem vero, & increpantem ferre non possent, neque converti ad justitiam vellent.

Vers. 23.) Proba me, Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas.

Vers. 24.) Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

Sensus loci.

VEreri poterat David, & quivis potest justus timere, ne zelo excedat modum, & nonnullum incurrat peccatum, saltem leve. Idcircò ac simul, ne contentus videatur ea probatione, cognitioneque, quam initio Psal. professus est esse in Deo: denuo rogat ab eodem probari, ac magis magisque dispici: ut Deus quodammodo profundius descendat in intimas cogitationes, & quoslibet vitæ degendæ modos: ut si quid inest iniquitatis, corrigatur, ad rectam vero virtutis viam, quæ ducit ad æternitatem: non ad temporalia tantum lucra, revocetur; & qui odium in se tantum impietatis experiatur, contraque inimicos Dei; pari diligentia vitare studeat, quidquid eumdem Deum offendere vel leviissime possit. Tantopere inquit, te, Deus, diligo, & odientes te odi, ut pervelim in me diligentissime à te inquiri, & exactissimè exquiri, ecquidnam in me resideat, quod tantillum adversetur veræ Religioni, honorique divino: id si deprehendas, non parcas, sed illico è vita potius tollas, quam ut si vivere cum tali offensa sinas; & sic deducas in vitam æternam, ideest, interficias, & ad aliam vitam transferas, quæ est æterna: vel certe castigatum, adhucque superstitiem, facias de his, quæ pertinent ad æternam vitam in primis cogitare,

A& curare, atque illuc omnes cogitationes, sermones, opera referre. Hilarius tam confidentem orationem volentis probari, sciri cor suum; postulantis, ut cognoscantur temitæ, expectantis, insipicinon metuentis, si via iniquitatis in eo sit, ut per hanc cognitionem in æternâ viam deducatur; negat esse humanæ naturæ, sed vocem ejus tantum posse, qui dixit, *Ecce* g *venit princeps hujus mundi, & non invenit in me quidquam*: quia solus extra peccatum est Dominus Jesus Christus, &c. Arnobius Petrum vult hæc in Ecclesia loqui, & Ecclesiam in Petro pronuntiare, anathematizatis sis, qui oderunt Deum. Proba me, Domine, & scito cor meum, quid de te sentiam, quid de te credam, interroga me. & scito semitas meas; sit tibi sollicitudo de Ecclesia tua, & de ovibus tuis: & vide, si via iniquitatis diabolus est, qui se ad ambulandum in ea, in incredulis, & hæreticis præber. Vide in populum tuum, ne sit aliquis, in quo via iniquitatis iter erroribus præbeat; & excludens viam iniquitatis, deduc me in viam æternam; ut portæ mortis non prævaleant mihi, secundùm verbum tuum, Domine Jesu Christe, qui regnas, &c.

Proba me Deus.) Hier. *scrutare*, quod valet חקר *chakar*, & δοκιμάζειν, & Chald. פשפש *pispes*, quod palpationem etiam quandam includit. In Pl. 25. *b Proba me, Domine, & tenta me*, dicitur per alio duo Hebræa verba בחן *bachan*, & נסה *nassah*, & Græca δοκιμάζειν, & πυράζειν. Quid sit autem *à Deo probari*, vel *tentari*, & quo pacto id optari, aut peti quoque possit, alibi docuimus: hoc autem loco de utilitatibus tentationis & probationis differit Grevæus *i*, enumerans novem. Erant initio hujus Pl. verba probandi, δοκιμάζειν חקר *chakar*.

Et scito cor meum.) Eodem loco extant γνῶναι, γνῶσον, & ידע *jaddah*. Scit Deus, & cognoscit, dum facit, ut sciamus, aut sciant alii de nobis. Notat id de hoc ipso loco alicubi k Augustin. & in genere de similibus *l*. Ipsi nobis parum noti sumus; & magnum Dei donum, nosse seipsum; quod frequenter à Deo Francisc us flagitabat, cum hac antitheti; Noverim te, noverim me, Tu, & ego. Insumit libros fere totos Confessionum suarum Augustin. in hac sui ipsius exactissima perscrutatione; nec dubitabat dicere *m*, (Obtecro te, Deus meus, me ipsum mihi indica: præterea, Deus, in cujus conspectu C factus sum, mihimetipsi magna quæstio.) Observat Hugo septem Deum circa cor nostrum operari, intueri ac rimari per gratiam conversionis, quam infundit: tadaperire instruendo: tangere, fervorem immittendo: visitare & probare: emollire, ad devotionem excitando: loqui ei, ut delectet: trahere, ut unlat sibi.

Interroga me.) Hieron. *proba me*. Hic est בחן *bachan*. Græcum vero σκέψαι importat quæstionem reorum, quæ sit etiam per tormenta. Recte nihilominus transtulit Interpres: nec, quod ait Eugubinus & Cenomanus, arbitratus est esse aliud verbum αὐτὸν, sive non ἄλλωσον, sed ἄλλωσον. Dicuntur *palpebræ ipse Dei interrogare filios hominum* n, & ipsemet interrogare justum & impium o. Ubi est etiam ἐξετάζειν, & בחן *bachan*. Hieron. vero transfert verbo *probandi*, & ut ibi dixi, probationem innuit, quæ fit in metallis per ignem: justus autem etiam interrogatur hoc pacto, dum punitur temporali pœna, si quid deliquerit. Videntur mihi contentæ in hac tota duorum versuum sententia partes omnes comprehendere, quæ ad exactam conscientiæ disquisitionem, examenque necessarii sunt, ut qui considerabit, mecum etiam perspiciet; ne scilicet hoc obiter, perfunctorie, leviter fiat, ablq; aliquo genere satisfactionis: fine investigatione malarum occasionum; absque proposito redeundi in viam; sine studio vias ac modos reperiendi, atque amplectendi, quibus id obtineri possit, & vita in melius commutari.

Et cognosce semitas meas.) Hieron. *& scito cogitationes meas*, שרעפי *scharhhapal*, quod Chald. etiam interpretatus est, *cogitationes meas* רעיונין *rahhionai*. Putatur autem Hebr. vox composita ex סרף *sahhiph*, עפא *bhappa*, quæ *ramum* significant, ut perplexitas quædam ramorum significetur, & per metaphoram etiam cogitationum. Alii derivant quoque à שרף *saraph*, *urere*, quasi denotetur cognitio cor urens, unde & curam dictam volunt. In Pl. 93. *p* redditur per *dolores*: à Hieronymo autem per *cogitationes*: quod longius, *secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo*. Agellius existimat idem vocabulum Hebr. quod significat *ramos*, & κλάδους, de diverticulis viæ latioris dici, ut hæc fit quodammodo stipes. Affert ex historia Regum *q*: *Usquequo claudicatis in duas partes*: quod Lucifer transtulit, *sensu vestro*: Hieronym.

utroq;

a Sap. 14. 9
b Ps. 5. 6
c Ps. 30. 7
d Ps. 96. 10
e Ps. 118. 157
f Ps. 100. 3
g Ps. 118. 53
h Serm. 133
i Ps. 25. 5

k Ex. 23. 22

Odium Religiosum quid.

l in Psal. 118 in id Tabescere me fecit zelus meus, &c. m Numer. 25. 5.
n vers. 139
o 34. p. Tuscul. cap. 23

p Ecc. 32. 26 27. 28
q Mat. 10. 34 Luc. 12. 51.

r Ps. 119. 7
s Rom. 12. 18
t 2. Thess. 3. 14
u Ep. 3. 5. 6.

x 2. Par. 19. 2

y Epist. 30

Perfectum odium quid

z Luc. 10. 14
a Mat. 23. 28
b Gen. 3. 15

c 1. Joan. 5. 19
d Jacob. 4. 4
ibid.
e Catech. 16

f Gen. 3. 15

g Ps. 72. 27

h in parabol. homil. 54

i hom. 16. 9. in

Ase, si illis placere quærimus, quos non placere Domino scimus: & quod nemo potest in una, eademque re omnipotenti Domino, atque ejus hostibus gratus existere; & quod Propheta nosster hoc licet cum ardore Creatori omnium quasi in munere obtulit, quasi diceret: Pensa, quantum te diligo, qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Perfectum oportet hoc odii else, ut non sicut qui non diligunt Deum & proximum, ut debent; ideest, opere, & veritate, sed verbo tantum & lingua *k*: ita & se mundi ac diaboli odium habeat, nec etiam carnis ac peccatorum, quatenus odio digna sunt, ut sunt etiam *inimici hominis domestici ejus* l, prout impediunt viam salutis. Legendus D. Angelicus *m*, illa item quæ diiserui ad Ecclesiastæ caput tertium *n*, *Tempus dilectionis, & tempus odii*, præter scholasticam tractationem de charitate. Hæc porrò sententia usus est Arnulphus Imperator in Concilio Tiburiensi *o*, agens de adversariis Ecclesiæ, quos infestabatur. Eodem videri potest allusisse Leo *p*, scribens Anatolio, de quodam Attico, qui se volens pugnare, dicebat Eutychem sibi semper odiosum fuisse. Voluit nempe, ut luculentis verbis, ac propriæ manus subscriptione hæresin reprobaret Eutychis, atque damnareta quia aliud essent humanæ etiam inter Catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides Catholica damnat, errores. Similis de caussa testem, & quasi prædam iynceræ conversionis exegerunt ab Arnobio Christiani librum illum, quem contra Gentes edidit. Retulit Polydorus Virgilius inter adagia sacra *q*, *Perfecto odio oderam illos* r: ut signisicetur verus, ac maximè naturalis in hominem hominis amor: quo quod maximè alienum est ab homine, vitium in eo, quem plus amat, plus etiam odit, ut in filiis parentes, fratres in fratribus, &c. Sed minus probo Latini nominis *homo* Græcum etymon, qua si dicatur *ὁμοῦ concors*. Nemo nesciat ab humo derivari nomen *hominis*. Quomodo possit Deus, qui summum bonum est, odio haberi, alias docui. Origenes autem ex eo, quod hic dicitur; odio haberi à nonnullis, quos & nos odiise debeamus, & quia Christus etiam, dum hic vive et, odio habitus est: tum præterea ex alio Pialmo *s*, *Multiplicati sunt qui oderunt me iniquè*, Colligit, male ac frustra velle nos à nullo odio haberi, sed diligi ac benedici. Videndum, ne nos inveniat illa sententia *t*: *Væ cùm benedixerint vobis homines*; præterea, ne pro peccatis nostris odio habeamur. Videlicet, sicut odio habemus perfecto inimicos Dei, ideest, vita in illis; ita non debemus ægre ferre, si eadem alii oderint in nobis, & nos, ut virtutis, ac Dei inimicos. Qui nos propterea oderunt, ait Augustin. & propterea nobis inimici sunt, quia Deo servimus: quid aliud, quam eum oderunt, & ejus inimici facti sunt; Benefaciendum his, qui oderunt nos, non qui Deum scilicet quatenus hujusce modi sunt. Alioqui à beneficientia, atque eleemosyna ne inimici quidem Dei excludendi à nobis, quos nec excludit ipse *u*: & Christus ex obliquo appellat malorum quoque patrem Deum, dicens *x*, *Quum sitis malis, nostis bona dona dare filiis vestris; quanto magis Pater vester de cœlo, &c.* Fratris Lycurgi filium Charilaum laudantibus quibusdam ut probum, restitit collega, & quomodo probus est, quum ne in malos quidem sit acerbus? Thersitis turpitudinem corporis describit Poeta multi modis, improbitatem vel ex eo, quod

Odis & hunc magnus Pelides, odit Ulysses,

Vel,

Summe erat exosus Pelid, exosus Ulysse.

Ἐχθιστος δ' Αχιλλευσι τετιμένος ἠδ' Ὀδυσῆι.

Multi, ait Plutarchus *y*, hæc scribens, sunt, quos odio jure prosequimur, velut ii, quos ἀξιμίσητους appellamus. At amen vera, & ab Augustin. z approbata Senecæ sententia, quod omnes odit, qui malos odit. Ideo diligendi mali, inquit, ut non sint mali; quemadmodum non ut permancant, sed ut sanentur à medicis diliguntur ægroti. Subdit omnes esse, qui peccant aliquo modo, quamvis non sint talia peccata, quæ à divinis compellant removeri altaribus. Talibus obnoxii peccatis non censentur Deum odisse, nec odio nostro digni sunt, aut ut inimici habendi.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam?) Hieronym. *a*, *bene, & in bonne odientes te, Domine, odivi*. In Romano Psalterio est nomen *Deus*: in vetere tantum sic, *nonne nos, qui oderant te, odio habui*. Ommitti non debuit vel *Domine*, vel *Deus*, quoniam est יהוה *Jehovah*, & κύριε. Monui autem prius ineese vi in interrogationis, seu dubitationis nota, הלוא *halo*, לא, *nonne*. Extant in præcedentibus Pl. *a* exempla similia. Eugubinus exaggerat recte indignitatem rei, execraturque, ut sit, qui Deum oderit summum bonum, quem & Paulus *b* ἠγαπημένον nominat. Apte quoque distinguit amorem minorum, inferiorumque erga majores & superiores, dum parent mandatis illorum; majorum, dum bene minoribus faciunt; æqualium, quum eadem sunt ab utrisque. Christus primum expressit *c*, *Vos amici mei estis, si feceritis, &c.*

Et super inimicos tuos tabescebam.) Hieron. *& contra adversarios tuos distabui*. Pro *inimicis* Hebr. מתקוממיך *the Komemim*, significat *eos, qui consurgunt insurgunt que in Deum*. In Hebræo autem volunt Gramatici deesse מ *mem*, *benoni*, sive participii *hithpael*, quod parum refert. De ultimo אתקוממם *ethkomet*, dixi alibi *d* iecum importare dissectionem quandam animi, nauseam tædium, fastidium, molestiam, mœrorem, cum contentione, rixa, jurgio, litigio. Hoc eodem verbo utitur Ezechiel *e*, Deum pollicentem inducens, quod *populo displicerent iniquitates ejus, & scelera*. Proprium hoc pœnitentis munus, verâque signum pœnitentiæ, sibi hoc modo displicere, ipsaque peccata pœnitenti: & ut secundùm Deum tristitia pœnitentiam operetur, sive hæc illam, *cum sollicitudine, defensione, indignatione, ἀγανακτήσεως, timore, desiderio, æmulatione, vindicta* f. Explicat hoc loco Nicephor. δακνόμενος ὁμοῦ καὶ πικραινόμενος καὶ ἀγανακτῶν ἑαυτῷ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, *consumi igni justa indignationis contra illos*.

Perfecto odio oderam illos.) Chaldaicè, *usque ad consummatum odium oderam illos*, vel *consummato odio infestus fui illis*. Perfectio ista odii in Davide quidem erat cum virtute, & ex virtute. At per se denotat odium summum, & quantum in eo genere mortaliter potest esse, sive sit honestum, sive reprehensione dignum. Justus nimis honorandos censet amicos Dei; inimicos vero etiam ejusdem nimio quodam odio persequendos, & quam potest esse maximo superlative, πλεοναστικῶς μᾶλλον. Apollinarius expoluit perfectissimum & ablolutissimum odium. Alia interpretatio pro perfectione virtutis vera est, non tamen per se intenta.

Et inimici facti sunt mihi.) Hebr. *in inimicos*, לאויבים *leojevim*, Videtur hoc præcedenti ignonvmum, tamque crebra ejusdem rei repetitio demonstrat incentum amorem Dei, & ex hoc ortum extremum quoddam odium eorum, qui Deum offendunt. Phrasis tamen hæc etiam, qua inimicos factos sit sibi, potest innuere, quod Propheta non susciperet per se ullas cum ullo inimicitias, odia ulla; sed quoniam ipsi nolentem ad id adigerent, utpote lacessentes injuriis, quas inferebant Deo, quasque merito justus pluris facit, quam proprias. Præterea videri potest dicere, quod non ipse illis inimicus factus sit, sed illi ei, tum præsertim quum ex charitate illos corriperet, corripientem vero, & increpantem ferre non possent, neque converti ad justitiam vellent.

Vers. 23.) Proba me, Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas.

Vers. 24.) Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

Sensus loci.

VEreri poterat David, & quivis potest justus timere, ne zelo excedat modum, & nonnullum incurrat peccatum, saltem leve. Idcircò ac simul, ne contentus videatur ea probatione, cognitioneque, quam initio Psal. professus est esse in Deo: denuo rogat ab eodem probari, ac magis magisque dispici: ut Deus quodammodo profundius descendat in intimas cogitationes, & quoslibet vitæ degendæ modos: ut si quid inest iniquitatis, corrigatur, ad rectam vero virtutis viam, quæ ducit ad æternitatem: non ad temporalia tantum lucra, revocetur; & qui odium in se tantum impietatis experiatur, contraque inimicos Dei; pari diligentia vitare studeat, quidquid eumdem Deum offendere vel leviissime possit. Tantopere inquit, te, Deus, diligo, & odientes te odi, ut pervelim in me diligentissime à te inquiri, & exactissimè exquiri, ecquidnam in me resideat, quod tantillum adversetur veræ Religioni, honorique divino: id si deprehendas, non parcas, sed illico è vita potius tollas, quam ut si vivere cum tali offensa sinas; & sic deducas in vitam æternam, ideest, interficias, & ad aliam vitam transferas, quæ est æterna: vel certe castigatum, adhucque superstitiem, facias de his, quæ pertinent ad æternam vitam in primis cogitare,

A& curare, atque illuc omnes cogitationes, sermones, opera referre. Hilarius tam confidentem orationem volentis probari, sciri cor suum; postulantis, ut cognoscantur temitæ, expectantis, insipicinon metuentis, si via iniquitatis in eo sit, ut per hanc cognitionem in æternâ viam deducatur; negat esse humanæ naturæ, sed vocem ejus tantum posse, qui dixit, *Ecce* g *venit princeps hujus mundi, & non invenit in me quidquam*: quia solus extra peccatum est Dominus Jesus Christus, &c. Arnobius Petrum vult hæc in Ecclesia loqui, & Ecclesiam in Petro pronuntiare, anathematizatis sis, qui oderunt Deum. Proba me, Domine, & scito cor meum, quid de te sentiam, quid de te credam, interroga me. & scito semitas meas; sit tibi sollicitudo de Ecclesia tua, & de ovibus tuis: & vide, si via iniquitatis diabolus est, qui se ad ambulandum in ea, in incredulis, & hæreticis præber. Vide in populum tuum, ne sit aliquis, in quo via iniquitatis iter erroribus præbeat; & excludens viam iniquitatis, deduc me in viam æternam; ut portæ mortis non prævaleant mihi, secundùm verbum tuum, Domine Jesu Christe, qui regnas, &c.

Proba me Deus.) Hier. *scrutare*, quod valet חקר *chakar*, & δοκιμάζειν, & Chald. פשפש *pispes*, quod palpationem etiam quandam includit. In Pl. 25. *b Proba me, Domine, & tenta me*, dicitur per alio duo Hebræa verba בחן *bachan*, & נסה *nassah*, & Græca δοκιμάζειν, & πυράζειν. Quid sit autem *à Deo probari*, vel *tentari*, & quo pacto id optari, aut peti quoque possit, alibi docuimus: hoc autem loco de utilitatibus tentationis & probationis differit Grevæus *i*, enumerans novem. Erant initio hujus Pl. verba probandi, δοκιμάζειν חקר *chakar*.

Et scito cor meum.) Eodem loco extant γνῶναι, γνῶσον, & ידע *jaddah*. Scit Deus, & cognoscit, dum facit, ut sciamus, aut sciant alii de nobis. Notat id de hoc ipso loco alicubi k Augustin. & in genere de similibus *l*. Ipsi nobis parum noti sumus; & magnum Dei donum, nosse seipsum; quod frequenter à Deo Francisc us flagitabat, cum hac antitheti; Noverim te, noverim me, Tu, & ego. Insumit libros fere totos Confessionum suarum Augustin. in hac sui ipsius exactissima perscrutatione; nec dubitabat dicere *m*, (Obtecro te, Deus meus, me ipsum mihi indica: præterea, Deus, in cujus conspectu C factus sum, mihimetipsi magna quæstio.) Observat Hugo septem Deum circa cor nostrum operari, intueri ac rimari per gratiam conversionis, quam infundit: tadaperire instruendo: tangere, fervorem immittendo: visitare & probare: emollire, ad devotionem excitando: loqui ei, ut delectet: trahere, ut unlat sibi.

Interroga me.) Hieron. *proba me*. Hic est בחן *bachan*. Græcum vero σκέψαι importat quæstionem reorum, quæ sit etiam per tormenta. Recte nihilominus transtulit Interpres: nec, quod ait Eugubinus & Cenomanus, arbitratus est esse aliud verbum αὐτὸν, sive non ἄλλωσον, sed ἄλλωσον. Dicuntur *palpebræ ipse Dei interrogare filios hominum* n, & ipsemet interrogare justum & impium o. Ubi est etiam ἐξετάζειν, & בחן *bachan*. Hieron. vero transfert verbo *probandi*, & ut ibi dixi, probationem innuit, quæ fit in metallis per ignem: justus autem etiam interrogatur hoc pacto, dum punitur temporali pœna, si quid deliquerit. Videntur mihi contentæ in hac tota duorum versuum sententia partes omnes comprehendere, quæ ad exactam conscientiæ disquisitionem, examenque necessarii sunt, ut qui considerabit, mecum etiam perspiciet; ne scilicet hoc obiter, perfunctorie, leviter fiat, ablq; aliquo genere satisfactionis: fine investigatione malarum occasionum; absque proposito redeundi in viam; sine studio vias ac modos reperiendi, atque amplectendi, quibus id obtineri possit, & vita in melius commutari.

Et cognosce semitas meas.) Hieron. *& scito cogitationes meas*, שרעפי *scharhhapal*, quod Chald. etiam interpretatus est, *cogitationes meas* רעיונין *rahhionai*. Putatur autem Hebr. vox composita ex סרף *sahhiph*, עפא *bhappa*, quæ *ramum* significant, ut perplexitas quædam ramorum significetur, & per metaphoram etiam cogitationum. Alii derivant quoque à שרף *saraph*, *urere*, quasi denotetur cognitio cor urens, unde & curam dictam volunt. In Pl. 93. *p* redditur per *dolores*: à Hieronymo autem per *cogitationes*: quod longius, *secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo*. Agellius existimat idem vocabulum Hebr. quod significat *ramos*, & κλάδους, de diverticulis viæ latioris dici, ut hæc fit quodammodo stipes. Affert ex historia Regum *q*: *Usquequo claudicatis in duas partes*: quod Lucifer transtulit, *sensu vestro*: Hieronym.

utroq;

a Ps. 15. 4. 32. 2. Ps. 118. 158. 2. Ps. 53. 2. Ps. 59. 14. Ps. 64. 2. Ps. 107
b Rom. 1. 30

c Joa. 15. 4

d Ps. 118. 158

e cap. 36. 31

Verè pœnitentiæ signum.

f 2. Cor. 7. 11

p vers. 19

1 Joan. 4. 10

k de serm. divin. 10. 4. Nosse seipsum magnum Dei donum.
l qu. 57. in Genes & 16 de civ. c. 12 m l. 10. c. 37 Deus cito cor nostrũ septem operatur.

n Ps. 10. 4
o vers. 3.

q l. 3. c. 28. 12.

PSALMUS
CENTESIMUS TRIGESIMUS NONUS.

1. In finem Psalmus David,

2. ERipe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

3. Qui cogitaverunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia.

4. Acuerunt linguas suas sicut serpentis, venenum aspidum sub labiis eorum.

5. Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos 6. absconderunt superbi laqueum mihi:

Et funes extenderunt in laqueum: juxta iter scandalum posuerunt mihi.

7. Dixi Domino: Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

8. Domine, Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.

9. Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

10 Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.

11. Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos: in miseriis non subsistent.

12. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum injustum mala capient in interitu.

13. Cognovi, quia faciet Dominus judicium inopis, & vindictam pauperum:

14. Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) In finem Psalmus David.

PROPRII nihil habet titulus. Paraphrastes autem transtulit, *ad laudandum per manum Davidis canticum*, vel *in laudem laudatoria per manum Davidis*. Nec refert quod Græcè quidam codices ultimo loco *Psalmum* ponant, alii nomen *David*. Hebraicè *David* ultimum tenet locum. Hieronymus vertit: *victori Psalmus David*: apud Fabrum, & Victor. *canticum*: apud Trevetum, *pro victoria*, &c. Titulus.

De argumento, omissa Bedæ opinione, quod sit oratio Ecclesiæ contra Assyrios, non negaverim quod Theodoretus, Lyranus, Ayguanus, Trevetus, & recentiores multi asserunt Davidem precari adversus persecutores suos, Saulem ac ministros ejus, præcipuè Ziphæos, & Doeg Idumæum, quem etiam nominet *virum linguosum* b, ut & alios, *acuentes linguas suas sicut serpentis* c. Trevetus distinctè numerat Saulem Philisthæos, Abialonem. Sub eo typo per extensionem, & juxta sensum propheticum, ut Ayguanus loquitur, sive mysticum, ut Jansonius atque Genebrardus, concedo convenire hanc orationem corpori Christi mystico, quod est Ecclesia, & cuilibet justo contra diabolum angelosque ipsius: præterea contra homines, quibus ille utitur tamquam instrumentis, & satellitibus. Quominus autem ad litteram & per se de Davidis persecutoribus Psalmus iste intelligatur, non obstat ratio Hilarii, quod nihil in eo proprie dicatur de Davide & Saule; & quod tota die contra Davidem prælia Saul non constituit, immo nec ullũ proprie, sed fugientem sit persecutus dumtaxat. Nã constituere prælia tota die, est quavis ratione perseArgumentum.

b *vers.* 12. c *vers.* 4.

qui; & constat cum exercitu non semel progredi Saulem conatum, ut comprehenderet Davidem; & Ziphæis, ac Doeg bene congruunt, quæ ante dixi. Tandem non sequitur quod addunt alii *a*, si de suis persecutoribus ageret David, expressurum, id fuisse in titulo. Nam nec adhuc liquet à Davide ipsos scriptos fuisse titulos; & dubitari nequit in aliis Psalmis hoc idem argumentum tractavisse, in quibus tituli nihil exprimunt. Quod Ecclesia in officio Missæ Parasceves eam ait hunc Psalmum pro tractu, non probat proprie de solo Christo exponi debere, ut Rickelius argumentatur: licet idem ipse separatim quoque declaret de Ecclesia, & de quolibet fideli. Recitatur item ad Vesperas Cœnæ Domini, & Parasceves, & in officio de Passione multi versiculi hinc decerpuntur. Connumerat eumdem Psalmum Athanasius *b* iis, qui colloquia cum Deo, preces, obsecrationesque complectuntur, & usurpandum proponit ei, qui constringatur ab inimicis, opteruque liberari. a Bellarm. Quo tempore frequentetur hic Psalmus ab Ecclesia. b ad Marcel.

Vers. 2.) Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

SAulem videtur David intelligere insensissimum, & iniquissimum persecutorem, à quo supplex oret liberari, tamquam in arctum augustumq; adductus locum. Mysticè Christus in sua, & suorum persona id flagitat, per hominem malum, & iniquum intelligens tum diabolum, qui vocatur inimicus homo, tum diabolo ministros alios & homines, & dæmones. Chrysostom. observat, cum Propheta in fine præcedentis Psalmi significasset se malos fugisse, eorumq; consuetudinem, hic Dei auxilium petere, & quum quæ sua erant, contulisset, dicens; *Viri sanguinum declinate à me*, &c. hic rogare, ut liberetur ab eorum improbitate. Præterea multis verbis amplificat, quasi malus homo omni fera venenataq; bellua pejor, nocentiorque, & quod nihil absolute censeri malum possit, nisi peccatum, nullum lædere peccator proprie possit, nisi seipsum; justo nihil obesse alienas injurias, justum tamen debere malis hominibus insultare, ac eorum diligenter consuetudinem vitare. Quod August. adhuc demonstrat verum esse de illis, qui nocere minime videantur, externo nimirum nocumento & molestia: quoniam nocent, inquit, saltem vel exemplo viventes nobiscum, & ad quod agunt invitantes, deniq; omnem improbum noxium esse, sive sit blandus, sive sit ferox, quemadmodum blanda in radice spina pungit in superficie; talem quisquis sit reprehendendum, castigandum, urendum, & si non noceat primum opere, postea si quoq; nocituram, verbi gratia, quum quæ habet consumserit luxuriose vivendo rapturum aliena, quæ possit effundere. Hilarius hunc hominẽ malum, & virum iniquum partim interpretatur diabolum qui omnes insidiæ, quascumq; nobis spirituales nequitiæ prætendunt, maximè per homines operantur, & occasiones vitiis nostris alienæ naturæ perversitas subministrat: partim Judam traditorem, de quo hic loquitur Christus. Recte creditus Hieron. affirmat quod non in tantum potest nos decipere diabolus, quantum per organum hominis; ideo ab hoc deprecari Prophetam liberari. Sed Augustini saluberrimum circa præsentis nostri Psalmi orationem alibi c monitum est. (Et quandocumq; dicis Deo, inquit, *libera me Domine ab homine malo*, scio quo gemitu dicas. Quis enim in hoc sæculo non patitur aliquem hominem malum: quando ergo dicis Deo hoc *libera me, Domine, ab homine malo*: sicut totis præcordiis dicis, sic intẽtis oculis te prius attende, *Libera me Domine ab homine malo*. Fac tibi respondisse Deum. A quo? Dicturus es à Gajo, à Lucio, à nescio quo, quem pateris & respondet tibi; De te mihi nihil dicis. Si ab homine malo libero te, prius est liberãdus à te ipso. Pateris malum; noli teipsum pati malum. Subjicit deinde id quod Chrysost. dixi dixisse, (qui non si malus, nihil à malo pati mali posse;) quod proprio quodam tractatu idem ostendit, neminem lædi, nisi à seipso, sed potius prodesse, ut profuerunt Stephano Judæi. Tum concludit. (Ergo quando oras, ut liberet te Deus ab homine malo, attende te, noli tibi parcere, te à te liberet. Quo modo te à te liberat? Dimittendo peccata, donando meritа, dando tibi vires pugnandi ad versus concupiscentias tuas, inspirando virtutem, donando menti tuæ cœlestem delectationem, qua omnis terrena delectatio superetur. Hæc quum tibi præstat Deus, liberat te à te; Sensus loci. Sensus mysticus. Ratio cur diaboli & homo malus. Salubre Augustini monitum. c lib. de bono perseu. cap. 3

quo-

a lib. 3. c. 6. b Plin. l. 8. c. 33. l. 10. c. 6. Rhodig. l. 14. cap. 11. c lib. 6. n. 27.

d Pint. dialogo de veris & falsis bonis c. 6. Didac. Vergara Dominica 11 post Pentec. Offav. Spathar. feria 4 post Dominic. 1 Quadrag. cessione 4. e Ezech. 9. 30. f Esa. 63. 10

g Ps. 105. 36 38. Ps. 134. h Ps. 136. 3.

Expositio mystica. i Joan. 14. 6.

k in Job 22 23. l cap. 22. 15

m Isa. 23. 14. n 3 Reg. 2. 2. o vers. 12. p cap. 12. 5. q cap. 20. 20.

r Esa. 40. 1. s Mar. 7. 14. t Pr. 1. 6. u Matt. 7. 14. x Sap. 10. 10.

y Gen. 18. 17 z Amos 3. 7 a Joan. 15. 15